

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9054

Auteur(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1174]

Action juridique : autre

Description de l'original : Chirographe (cirographum)

Langue du texte : latin

Chirographe (cirographum)

Analyse

Accord conclu entre les abbés de Savigny et de La Lucerne et scellé par l'évêque d'Avranches Richard à propos de l'église de Bennington. L'abbé de La Lucerne affirmait que, conformément aux accords établis entre cisterciens et prémontrés, Savigny ne pouvait obtenir l'église de Bennington que lui avait donnée Raoul de Fougères parce que lui-même avait antérieurement cherché à se la faire donner par Guillaume de Saint-Jean et Olive. L'accord prévoit que l'abbaye de Savigny abandonnera à La Lucerne tous les droits que Philippe de Saint-Pierre lui avait donnés à Donville et qu'elle lui donnera en outre désormais 2 quartiers de froment de rente annuelle.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 968, n° 217.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° LIV)

Texte d'après A

Presenti futureque notum fiat generationi quod inter abbatem Savigneii et abbatem de Lucerna ad finiendam controversiam que inter eos fuerat et roborandam in posterum concordiam hec intercessit tractatio : Radulfus de Filgeriis cum abbacie Savigneii pro Dei amore ecclesiam de Beligtone in perpetuam elemosinam dedisset, abbas de Lucerna in eadem ecclesia juris aliquid se habere inde reclamabat quod pro eadem ecclesia sibi danda domino Guillelmo de Sancto Johanne et Olive uxori ejus supplicaverat ; cum ex hac causa, juxta pactiones quasdam et federa que sunt inter ordinem cisterciensem et premonstratensem, prefatus abbas de Lucerna predicte ecclesie possessionem deinceps non posse venire in jus abbacie Savigneii arbitraretur, dissensio orta est inter predictarum abbatiarum conventus. Intervenientibus autem bonis viris et precipue Ricardo Abrincensi episcopo et Guillelmo de Sancto Johanne, predicta controversia ad pacis revocata est unonimitatem. Abbas Savigneii conventu suo assentiente abbati de Lucerna totum illud quod habebat in Donvilla ex donatione Philippi de Sancto Petro absque ulla dedit diminutione, tali conditione ut, si huic donationi abbas Sancti Michaelis vel ille de cujus feodo prefata erat elemosina clamaret, abbas Savigneii prefatam elemosinam ab utriusque calumpnia liberaret aut si non posset aliam elemosinam non minoris estimationis et precii prefate abbacie donaret. Dedit insuper abbas Savigneii abbacie de

Lucerna duos quartarios frumenti redditu perpetuo. Abbas autem de Lucerna conventus sui assensu quicquid juris habere se dixerat in ecclesia de Beligtonia abbatie Savignei liberum concessit et ab ista controversia in perpetuum se cessaturum compromisit. Hec autem apud Abrincas in presentia domini Abrincensis episcopi Ricardi acta sunt et sigilli ipsius impressione roborata. Pacis autem et confederationis hujus testes sunt isti : Gillebertus archidiaconus, Rogerius cantor, Guillelmus de Vein, Georgius, Ricardus capellanus, Testardus, canonici ; Guillelmus de Sancto Johanne, Gillebertus de Campellis, Guillelmus de Leisais, Hugo de Saint Planches et plures alii.